UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

I. Markgraf Heinrich von Meißen vereignet dem Kloster Zelle die Parrochien Freibergs, am 4. Juli 1225.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54716

Visual Library

zollern mit Ferdinand Wilhelm Anton von Rochow aus dem Hauſe Golzow, ſo wie die Gründung des Denkmals, das dem Großen Kurfürſten auf dem Fehrbelliner Schlachtfelde geſetzt iſt, durch einen Patrioten aus dem Hauſe Rochow. Solche Momente und die lange Reihe von ausgezeichneten und hochgeſtellten Männern, welche der Famlie noch in ſpäterer Zeit angehörten — worunter wir uns auch des verewigten Staatsminiſters von Rochow auf Reckahne, der uns dieſe Quellenſammlung für die Brandenburgiſche Geſchichte begründen half, mit beſonderer Dankbarkeit erinnern — dürften aber eine weitere Bearbeitung der von Rochowſchen Geſchichte zu einem verdienſtlichen Beitrage zur vaterländiſchen Geſchichte und zu einer beſonders für ein Mitglied der Familie würdigen Aufgabe machen.

Urkunden.

1. Markgraf Heinrich von Meißen vereignet dem Kloſter Zelle die Parrochien Freibergs, am 4. Juli 1225.

In nomine ſ. et i. tr. Heinricuſ Dei gracia Myſinenſis et orientalis marchio —. Cum teneamur omnibus, maxime tamen cenobio cellenſi, quod pii progenitores noſtri auus ſcilicet et pater a fundamentiſ conſtruxerunt atque competentibus prediiſ dotauerunt et ſepulturam ſibi in ipſo elegerunt, quam et noſ ibidem quoque corporaliter affectamus, — Volumus — ut quecunque bona nunc habent fratres ipſius cenobii tam in parrochiiſ quam in prediiſ ipſorum vel aliorum donacione aut etiam emptione, que rationabiliter et legitime nunc poſſident, ſalua et integra ipſis permaneant. Inſuper noſ de propria liberalitate antehabitiſ aliqua ſuperaddere cupienteſ pro peccatiſ parentum noſtrorum et noſtra ſucceſſiua proſperitate, omnes parrochiaſ in vriberc ſcilicet ſancte Marie, ſancti petri, ſancti Jacobi, ſancti Nicolai, ſancti Donati atque Hoſpitale pauperum, quod inibi conſtructum eſt, cum omnibus attinentiiſ et ſi que noue parrochye conſtruentur omneſ eiſ contulimus, legitimo proprietatiſ tytulo poſſidendas in perpetuum, In quibus nullus eoſ inquietare preſumat, qui noſtraſ et ſucceſſorum noſtrorum inimicitiaſ uoluerit euitare. Ut itaque factum hoc clareat tam moderniſ quam poſteris, paginam hanc noſtre poteſtatis ſigillo munitam ſuper eo dedimus, conſcriptam manu ſcriptoris domini Cunradi parrochiani de Vrſpringen, Anno I. d. M. CC. X. X. V°. Indictione XIII, Conc. II. Ep. IX. Tempore Honorii pape ac Friderici Imperatoris, aſtipulante honeſtorum noſtrorum teſtimonio, quorum iſta ſunt nomina Pobpo Comeſ de Henninberc, Winemarus abbaſ de Porta, Willhelmus abbaſ de Bylhildehuſen, Simon cellerarius, Albertus Infirmarius, Monachi cellenſes, Godefridus Seruuſ ſancte Crucis et Monachus portenſis, Cvnradus preſpiter et capellanus. Laici quoque Hermannus Burgrauius de nouo caſtro et Albero de Rochowe, Fridericus de Haldegge, Sterkerus de Vroburg, vlricus de Maldiz, Cvnradus de Stenbach, Heinricus de Cleberc, Bodo de Sconinberc et frater eius Hermannus, Johannes de Brandiz filius Gozwini, Otto de Diſgowe, Kriſtianus de Sommeſuuez, Menhardus camerarius de Moggere, Cunradus de Bichowe et quam plures alii tam clerici quam Laici. Datum in caſtro Stritſ IIII$^{to.}$ non. Julii.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives in Dresden.